



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvta, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

304. feria 4. de Pudicitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

entecost.
s septua.
Evange.
c. cap. 8.
ri Babel
mificin-
Christus,
dia, can-
quendo,
ens, non
tacēdo,
annum
nis, dum
quadra.
t, tacuit
us vitæ
m bea-
que spe-
incue-
is leges
atione,
multum
utilia à
to statu
ri con-
lun.
E D I.

Feria 4. Dom. 19. post Pentecost. 537.

MEDITATIO CCCIV.

Feria 4. Domin. 19. post Pentecost.

De Pudicitia.

Aspiciam D. IESVM Pudicitia omnium sensuum quasi lilijs stipatum. Petam ejus Pudicitiam assequi.

Conf. 1. Pudicitia est virtus, quã aspectum, os, & manus continemus, ne in aliquid indecens puritati adversum tendant.

Conf. 2. Incitamenta 1. multum impudicitia honoris aufert, inverecundi sunt infames, sunt demoniaci, quia lascivia est demoniaca inquit D. Chrysostr. serm. de Magd. 2. Pudicitia laudatur à D. Cypriano, quòd sit honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, fons castitatis, vinculum pudoris, paradus, concordia caput. 3. Ait Tertull. de cult. foem. Cum omnes templum Dei simus, illato in nos, & consecrato Spiritu sancto, ejus templi aditum, & antistes pudicitia est. 4. Omnis immunditia nec nominetur in vobis. sicut decet Sanctos, ait Apostolus ad Ephes. cap. 9. idem claudit coelum impudicis. ad Galat. 5. & Ephes. 4. & alibi sapius.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Aspectum personarum, quæ turpem cogitationem causare possunt vitare. 2. Verba minus honesta nec proferre, nec audire. 3. Tactus personarum

338 *Feria 3. Domin. 19. post Pentecost.*
etiam non inhonestos vitare. 4. Id ipsum
circa se servare. 5. Privatim ita, atque in o-
mnium oculis agere, quia Angeli nos ubi-
que intuentur, quorum oculos merita re-
verebimur, & multò magis, quia, ut ait Ter-
ullianus: *ubi Deus, ibi pudicitia* Lib. de cult.
fœmin. huius virtus curâ & studio *Metropo-
lis vitiorum* (ita S. Ambrosius lib. 7. de A-
braham. c. 4. vocat libidinem) expugnatur.

MEDITATIO CCCV.

Feria 4. Domin. 19. post Pentecost.

De puritate cordis.

Videbo Dominum IESUM Puritate velut
nube diaphanâ vestitum. per quam ejus
sanctitas Angelorum oculos recreat, Dei-
que. Petam hanc beatitatem mundi cordis
obtinere.

Conf. 1. Puritas cordis est cogitatio-
num, affectionum, sermonum, operum-
que munditia.

Conf. 2. Incitamenta 1. Si munditia cor-
poris homini jucunda, & salutaris, aliisque
cum eo converſantibus grata; multò magis
erit puritas cordis. 2. Aperit oculos mentis,
ut ijs Deus videri possit, juxta D. Hieron. in
cap. 5. Matth. *mundus Deus à mundo corde
aspicitur.* 3. Exemplum Christi, qui *nec pec-
catum fecit, nec dolus inventus est in ore ejus,*

ab